Ite liberi ꝛ nō coacti. vt etiā ſitis de numero
penitentiū. aut de numero ſpūalē vitam du/
centiū. Et qđ iuſtū fuerit dabo vobis. nō con
uenit cū illis de p̄cio. ſed tm̄ ꝓmiſit eis qđ
iuſtū fuerit. qꝛ retribuet vnicuiqȝ iuxta opa
ſua. Mat. xvi. Subdit. Illi aūt abierunt.
ꝛ liberꝫ arbitriū volūtati diuine ꝯformauerūt.
ꝛ hoc valde laudabile ē. iuxta illđ Treno. iij.

bonũ ē viro cũ portauerit iugũ dñi ab ado/
ſcẽtia ſua. Nã quãcũqꝫ viã tũc apphẽdit in
a vt ĩ plurimũ manet. iuxta illud puer. xxij
adoleſcẽs iuxta viã ſuã etiã cũ ſenuerit nõ re
det ab ea. Hac hora intrauit. b. Johẽs euã
liſta: quẽ volentẽ nubere vocauit dñs a nu
ijs. vt dicit Hiero. S Sequit᷑. Iterꝫ
t exijt circa ſextã ꝛ nonã horã. ꝛ fecit ſilr. ſcꝫ
cãdo ad pniam ſiue ad ſpũalem vitã. Per
tã horã intelligitur tercia etas mundi que
it ab Abrahã vſqꝫ ad Moyſen. cui circũci
data eſt. Vel dicit᷑ tercia etas hoĩs q̃ inci/
a. xxiiij. vel ſm alios a. xxx. anno. et durat
ꝫ ad q̃nquageſimũ annũ. Hec etas dr̃ vi/
s. ꝛ merito ſignificat᷑ p ſextã horã. q: tunc
ē calidiſſimus ꝛ lucidiſſimꝰ. et ſic hoĩes in
etate lucidiſſimi ſunt in cognitõe ratiõis
alidiſſimi deberẽt eſſe in dei ſeruitio. Sed
odie oppoſitũ experitur. vt qui deberent eſſe
diores ſunt obſcuriores peccõꝝ vicijs ob/
brati. ita vt verificat᷑ de eis illud Matth.
ij. A ſexta aũt hora tenebre facte ſunt ſup
ſã terrã vſqꝫ ad horã nonã. q: ſol. i. rõnis
uratꝰ ē. q: dicit Aug. d ciui. dei. Paucißi
unt q̃ tãte felicitatiſ ſunt vt ab ineũte etatiſ
adoleſcẽtia nulla dãnabilia ɔmiſerũt. Et
de adoleſcẽtia: q̃d tũc d his qui ſup adole
tiã ad maiorẽ ſtatũ etatis venerũt. cũ dr̃. i.
h. v. Totꝰ mũds ĩ maligno poſitꝰ ē. T
er nonã vo horã q̃rta etas mũdi intelligit᷑
lex. x. preceptoꝝ data eſt. ꝛ durauit a mo/
vſqꝫ ad xp̄m. Vel ſignificatur quarta etas
is que dr̃ ſenectus. et incipit a q̃nq̃geſimo
no. ꝛ durat vſqꝫ ad. lxx. Et bñ hec etas no/
hore ɔpatur. q: tũc ſol incipit declinare ad
caſum ꝛ calorẽ ſuũ mitigare. ſic tpe ſenectu
mors appropinquat ꝛ ſenſus hoĩs debili
t᷑. At tñ licet tunc multũ ſol deſcenderit. tñ
dhuc ē calidꝰ. ſic tales antiq̃ licet ppe mor/
ſint. tñ pñt adhuc p calidã pniam recupa/
quicq̃d ĩ iuuẽtute deliq̃rũt. ꝛ ſic adhuc pñt
ucere ſpũalẽ vitã. Greg. Tãto quis cautior
ꝫ eſſe ĩ ſuo regimine q̃nto puectior eſt etate.
Sed iã raro in tali etate ɔſtituti h̄ faciũt. q:
ic vident᷑ ſibiipſis ſapiẽtes ꝛ corrigi nolunt
x correctiões aduertũt. ſꝫ inueterati ſunt in
ꝫ malicia ſiue mala ɔſuetudine. Gre. Dif/
ile valde ſurgit quẽ moles praue ɔſuetudi
s pmit. Dicit nãqꝫ Ariſto. Difficile ē ɔſue/
relinq̃re. Ideo Hiere. xiij. Si mutare põt
hiops pellẽ ſuã ꝛ pardus varietates ſuas. ꝛ
os poteritis bñ facere cũ didiceritis malũ
Et ſic piculoſũ ē expectare ad tale tps ꝛ ad ta

le etatẽ. q: tunc raro repit᷑ ꝙ hoĩes in vineã in
trẽt ꝛ ĩ ea fideliter laborẽt. Et hoc dat intelli/
gere ĩ lrã. q: nõ dr̃ ꝙ abierũt ſic de his q̃ ad ter
ciã horã vocati erãt. ſed tñ dr̃ ꝛ fecit ſilr. ſ. eis
ſuã bonitatẽ oſtẽdẽdo in vocatõe ꝛ pmij pro/
miſſiõe. V Sequit᷑. Circa vndecimã
vo horã iterꝫ exijt ꝛ inuenit alios ſtãtes. Per
hãc horã vltima etas mũdi intelligit᷑. que ē a
tpe predicatõis chriſti. ꝛ durat vſqꝫ ad finẽ
mũdi. vbi ɔtinuat᷑ lex euãgelica et aplica. Vel
etiã intelligitur vltima etas hoĩs q̃ dr̃ decre/
pitꝰ. ꝛ durat vſqꝫ ad obitũ hoĩs. Vel etiam p
vltimã etatẽ põt hic intelligi extremitas vite
cuiuſlibet hoĩs. Ecce mira dei bonitas. q: ĩ q̃/
cunqꝫ etate quis ad eum ɔuertitur. ꝛ in qua/
cunqꝫ hora paratus ē eũ ſuſcipe. iuxta illd Eze
chi. xviij. In q̃cunqꝫ hora pctõr ingemuerit:
oim iniquitatum ſuaꝝ nõ recordabor. Et bñ
tales p vndecimã diei horã ſignificant᷑. quia
tũc ſol cito deſcẽdit. ꝛ ſic hmõi hoĩes ĩ tali eta/
te cito p mortẽ terminant᷑. modicũ eñ tẽpꝰ ill'
ſupeſt vt libero arbitrio ad bonũ vtant᷑. vt ſcꝫ
luceãt p bona opa. q: dicit Bern. Mors iu/
uenibꝫ ē ĩ inſidijs. ſenibꝫ aũt ꝛ decrepitiſ ē in ia
nuis. ꝛ ſic valde piculoſuꝫ ē expectare ad tale
tẽpus. Vñ licet deꝰ p grãm taliũ hoĩm preces
acceptet. tñ valde piculoſũ ē ꝛ incertum. q: vt
cõiter talis ē finis qualia fuerũt pncipium ꝛ
mediũ. vt dicit Ariſt. ĩ ethic. Vñ Aug. ꝛ ha/
betur trãſſumptiue d pe. di. vij. Si q̃s poſitꝰ
ꝛ etiã mgr̃ ĩ di. xx. q̃rti li. ſniaꝝ. Si q̃s in vlti/
ma neccitate poſitus voluerit accipe pniam; ꝛ
accipit. ꝛ mox recõciliabit᷑ ꝛ hic vadit. Sub/
dit. Fateor vobis nõ illi negamꝰ q̃d petit. ſed
nõ pſumimꝰ ꝙ bñ hic exeat. ſed ſi ſecurꝰ hinc
exierit ego neſcio. pniaꝫ dare poſſumus. ſecu/
ritatẽ autẽ dare nõ poſſumus. nunquid dico
dãnabit᷑. ſꝫ nec dico liberabit᷑. Vis a dubio li
berari. vis q̃d incertũ ē euadere. age pniaꝫ dũ
ſanus es. ſi ſic agis dico tibi q: ſecurus es. q:a
pniaꝫ egiſti eo tpe quo peccare potuiſti. ſi aũ
tẽ vis agere pniam q̃n iam peccare nõ potes.
pctã dimiſerũt te non tu pctã. Nã plerũqꝫ ta
les ex neceſſitate penitẽt ꝛ timore pene. ꝛ non
ex libera volũtate ꝛ amore dei ꝛ iuſticie. iõ pi/
culoſum ē cũ talibꝫ. X Et h̄ ſatiſ dat intel
ligere ſaluator ĩ textu. vñ cũ oĩbꝫ ɔuentiõꝫ fa
cit pmittẽs eis dare q̃d iuſtũ eſt. Illos vo in
crepat ocioſos dĩ. Quid hic ſtatiſ tota die oci
oſi. Gre. Qui vſqꝫ ad vltimã etatem vite ſue
deo ſeruire neglexerit vſqꝫ ad vndecimã horã
ocioſus ſtetit Chriſ. Ocioſi ſtant qui mũdo
carni ꝛ diabolo ſeruiunt ꝛ nõ deo. Ideo dicit.

quid ſtaťs.q.d.i ſtatu pículoſo eſtis i quo ſaluari nequiťs.hic.ſ.in loco trãſitorio.i.Joh.ij. Mõs tranſit ⁊ ɔcupiſcẽtia eius. Et h.i.i loco incauto. Eccľs.ix. Neſcit hõ finẽ ſuũ. tota die.i.p omẽ tp̃s vite vr̃e.i.Paral.xxix. Dies nr̃i quaſi vmbra ſup terrã. ⁊ nulla ẽ mora. Et dicit.tota die ocioſi.qꝛ inquit Gre. Omne tẽpus vite hoĩs eſt dies laborĩs. Joh.ix. Me oportet opari opera eius qui me miſit donec dies ẽ.i.tẽpus merẽdi. Et ſic merito increpãdo dicit talibꝫ.q̃d ſtatis h tota die ocioſi. qꝛ dr̃ puerb.xij. Qui ſectaṫ ociũ ſtultiſſimꝰ ẽ. Et merito.qꝛ vt dr̃ ꝓuer.xx. Propter frigꝰ interne.ſ.charitatĩs.piger.i.ocio torpẽs arare noluit vineã.ſ.ſpũalis vite.mendicabit ğ egeſtate infernaľ incẽdij.⁊ nõ dabiť ei. Habebit q̃dẽ ptẽ cũ diuite epulone qui nec vnã ſtillam aq̃ impetrare poterat. Sed quid homĩes ocioſi rñdeãt dicit in textu.nemo nos ɔduxit. O q̃ꝫ piculoſum eſt ociũ.imo piculoſiſſimũ ad tale tp̃s expectare.qꝛ tunc hoĩes plerũqꝫ ad tantã cordis miſeriã puenĩut q oino a dei ſuitio ſe excuſant:dicẽtes.nẽo nos ɔduxit.i.gr̃az ſpũalis vite tribuit ſiue penitẽdi.q̃d tñ falſum ẽ. Apoca.iij. Emulare ğ ⁊ pniam age. Ecce ſto ad oſtiũ ⁊ pulſo.ſi q̃s audierit vocẽ meã ⁊ apuerit mihi ianuã:intrabo ad illũ ⁊ cenabo cũ illo ⁊ ipſe mecũ. Aug. Deus q̃d ſuũ eſt ſp inſpirat. Et.s.Tho.ɔ gẽtiles li.iij.c.cliij.verſus finẽ. Deus q̃ꝫtum in ſe ẽ patus ẽ dare oĩbꝫ gratiã.i.Thi.ij. Vult oĩs homĩes ſaluos fieri ⁊ ad agnitionẽ veritatis venire. Aug. Promptior ẽ ad dandũ q̃ꝫ nos ad accipiẽdũ. Dicit nãqꝫ.s.Tho.vbi.s. Illi ſoli gr̃a dei puanť qui i ſeipſis gr̃e impedimentũ preſtãt et opantur. De quo Job.xxiiij. Ipſi fuerũt rebelles lumini.i.gr̃e diuine. Habent ſe eñi hmõi ſicut illi qui claudũt oculos ad lumẽ ſoľ.et ſic inexcuſabiles ſunt. Tales etiam raro.ſero vel nũqꝫ conuerteť vt pniam agãt.nunq̃ꝫ vľ raro mereť pmiũ eterne retributõis. Nã i tota ſacra ſcp̃tura tñ de vno manifeſte legimus ſcꝫ de latrone. Lu.xxiij. Nõ debẽt tñ tales deſpare q̃ꝫ diu teneť i hac vita.qꝛ adhuc ſaluatoꝛ vult eos h̃re in vinea.qꝛ ⁊ hic eis dixit. Ite et vos in vineã meã. Et qꝛ illos vocat ad vineã:nulli dubiũ quin etiam his ⁊ ſi ſero ɔuerſis velit dare mercedẽ. Sꝫ vñ hoc niſi ex eius ſola bonitate ⁊ ineffabili miſc̃dia puenit. Et tñ d̃ p̃mo p̃ncipali. y Itẽ volens dimittere textũ euangelij ⁊ tñ ſpũaliter ꝓcedere ſiue ſenſu miſtico dꝫ poſt expoſitionẽ vinee.i. anime ſiue ſpũalis vite vt ſup:mane:terciã:nonã ⁊

vndecimã horas ſic exponere. Hore [illegible] etates interioris hoĩs ſunt. Prima etas [illegible] cia q̃ cũ lacte nutriť.i.ruditate fidei ⁊ doctrine. Heb.v. Facti eſtĩs quibꝫ lacte opus [illegible] ſolido cibo.i.ſubtili doctrina. Denotat [illegible] mines ſimplices ⁊ rurales q̃ ſunt tãqꝫ [illegible]. Et talibꝫ ſimplex doctrina miſtrãda [illegible] rin.i. Tanq̃ꝫ puulis in xp̃o lac vobis [illegible] di.nõ eſcã. Nã ſubtiľ doctrina i rudibꝫ [illegible] edificat:ſꝫ potius i errorẽ mittit ⁊ i tediũ. [illegible] circo dr̃.xliij.di.c. Diſpenſatio.§. P[illegible] obſeruare dꝫ ſacerdos ne indignis ⁊ nõ [illegible] ligẽtibꝫ ſecreta myſteria ſua p̃dicatione [illegible] re incipiat.qui eñi docꝫ ea q̃ ab audi[illegible] intelligi nõ valent.nõ eoꝝ vtilitate [illegible] tatione facit. Et ibidẽ.c.ſit rector.⁊ [illegible] Greg.i paſtorali. Sit rector diſcretꝰ [illegible] in verbo.ſ.vt ea ꝓferat que ab audiẽtibꝫ [illegible] ligi poſſint ⁊ in eis fructificare. Scd̃a [illegible] terioris homis eſt iuuẽtus ſiue adoleſc[illegible]. Et eſt ſm Aug.cũ hõ incipit aliquid [illegible] ſe de deo ⁊ obliuiſciť hũana ⁊ tẽdit ad di[illegible] vt dicere poſſit cũ aplõ ad Phiľ.iij. Q[illegible] tro ſunt obliuiſcẽs:ad ea võ q̃ ſunt p[illegible] dẽs meipſũ ad deſtinatũ pſequoꝛ ad b[illegible] ſupne vocatõis in xp̃o ieſu. Retro ſunt [illegible] lia ⁊ terrena.pora võ ſunt celeſtia. Et h[illegible] rit ſpũalis vita. Nã ſpũalis eſt qui ſp̃[illegible] bet rectorẽ ⁊ ſm euꝫ viuit. Spũs aut[illegible] ad celeſtia. Nec mirꝫ ſi homo ſpũalis [illegible] obliuiſcitur ⁊ ad celeſtia tendit. Et h[illegible] ficať p iuuentutẽ.qꝛ tunc homĩes abij[illegible] bum exilẽ ⁊ ſimplicẽ et appetunt fortioꝛ. Et ſic i ꝓpoſito. Z Tercia etas interior hominis ẽ etas virilis. Aug. Cũ aĩa [illegible] roborať ⁊ p arbitriũ dñať vicijs [illegible] ea:vt dicere poſſit ex animi ɔſtãtia illõ Rom.viij. Certꝰ ſum qꝛ neqꝫ mors neqꝫ vita poterit me ſeparare a charitate xp̃i. Et h põt fieri p aſſiſtẽtiã diuine gr̃e.ſm illud Phiľ.iiij. Oĩa poſſum i eo q̃ me ɔfortat. Et hꝫ fieri cũ ſpũs p diuinas ɔſolatões ita dulcoraṫ vt totꝰ mũdus ſibi amareſcat.⁊ tribulatões ⁊ anguſtias quaſlibet patienter ſufferat.taľ oĩbꝫ hoĩbꝫ bñ vult:inimico ad gratiã.amico ad benificẽtiã.oĩbꝫ ad beniuolentiã.⁊ pficit in ꝓſperis ⁊ aduerſis. Illi ſine amore tp̃alia aſſunt ⁊ ſine dolore recedũt. Et merito hmõi hoĩes his qui ſunt [illegible] virili etate compaň.qꝛ tunc hoĩes ſunt fortiores. Et ſic maxima fortitudo eſt cum hõ aĩo ſuo dñatur.vt p̃ns etas requirit.Dẽ Prouer.xvi. Melior eſt qui dñaṫ aĩo ſuo expugnatoꝛ vrbiũ. A Quarta etas interioris

nis ↄpatur ſenectuti. qꝛ ſicut tunc hō petit
ietē ⁊ nō multū laborat. ſic ⁊ aīa pacata et
omī pte trāquilla regnās ſup oēs vires q̄e
⁊ efficit̄ quaſi regnū dei vbi verus locus ē
is. Et h̄ ē qđ dr̄ Lu. xvij. Regnū dei intra
s ē. Quinta etas hoīs interioꝝ ↄpatur de
pite etati. quia tunc hō fantaſiat̄ ⁊ nō ex/
circa ſe. ſic aīa in tali etate omnē aīm ſuū
ex ſuſpēſum ⁊ frequēter fantaſiat̄ đ celeſti
s. ⁊ ex nimia dulcedine q̄ſi ab anio alienat̄
ec audit nec videt nec ſentit. De q̄ Greg.
mēs ſit inuiſibilibꝫ dedita. nō pōt videre
bilia. Hi etiā tā auide habent animū ad
m erectū ꝙ quaſi diſplicet eis totus mun/
s ⁊ totū qđ in mūdo agit̄. In tali etate fu/
. Auguſtinus. Vn̄ de ipſo legit̄ ⁊ ipſe per
nbit in li. ↄfeſſionū. Diſplicebat mihi q̄c/
d agebā in ſc'lo p̄ dulcedine tui deus meꝰ.
itez. Nil me delectat niſi de te audire. de te
u. de te ↄferre. Et tales ita intime inſpici/
mercedē. ſ. deū ꝙ obliuiſcunt̄ laboꝝ. Ber.
oꝛ meus vix ē vniꝰ hore. ⁊ ſi amplius non
io p̄ amore. Sed heu pauci repiunt̄ in ta
ate ⁊ amore. ideo bn̄ ↄuenit ⁊ locū hic ha
llud quod in fine euāgelij ponit̄. ſ. Mul
nt vocati: pauci vo electi. Nā dn̄s para/
eſſet pluribꝫ dare ſuam gratiā vt ad tan/
fectiōis gradū puenire poſſent. ſi p liberū
itrīū ſe ad hoc habilitarent Supplicemꝰ
ēs humiliter vt nobis ex ſua ineffabili cle/
tia dignet̄ preſtare tantā gratiā vt ſaltē in
e obitus i vinea vere pnīe aut ſpūalis vite
eniamur. Et ſic pmiū eterne vite obtinea
is. qđ nobis preſtare dignet̄ ⁊c̄.

De eadem dn̄ica. Sermo. l.

# Quid ſtatis hic

tota die ocioſi. Mat. xx. B

Introductio. Hodie ſācta mater
lia repn̄tat tria tpa. ſ. tps creatōis. deuiati
is ⁊ pegrinatōis. Primo tēpus creationis
pter h̄ q̄ hodie in matutinis incipit legere
r Geneſ. vbi notat̄ magna dignitas hūa
creature. qꝛ ad imaginē ⁊ ſilitudinē dei fa/
ē Gen̄. i. Et dicit̄ ibidē ꝙ dn̄s ↄſtituit ho
inē dn̄m oīs creature dicens. Dn̄amini pi
bꝫ maris ⁊ volatilibꝫ celi ⁊c̄. Et q̄m poſuit
m in padiſo voluptatis. Scđo repn̄tat tē
s deuiationis ſiue puaricationis pmoꝝ
rentū. p quos oēs nos venimus in tribu/
tiones ⁊ miſerias. qꝛ pmo pdidimus bonū
ature. natura em̄ noſtra corrupta eſt ꝑ eos ⁊

viciata. ⁊ dominiū creaturarum diminutū.
ex quo oportet nos timere creaturas. ⁊ nūc eti
am varias in natura habemus tribulatiōes.
idcirco in hmōi rei ſignū eccl'ia deponit canti
cum nature. Te deū laudamus. Sed ꝯueni
ent tante tribulationes a pctis: teſtat̄ Greg.
di. Si nō adeſſet iniquitas nulla noceret ad
uerſitas. Scđo pdidimus bona grē. Nā om
nes fuiſſemus in grā nati. nūc autē ī ira naſci
mur. Ephe. ij. Eramus natura filij ire. Ideo
deponit hodie canticū gratie. ſ. Gloria in ex/
celſis. p quod p angelos dei pax homībꝫ ē nū
ciata. Lu. i. qꝛ dicit̄ Iſa. xlviij. Nō ē pax im/
pijs dicit dn̄s Tercio pdidimus bona glorie
qꝛ ſecuri fuiſſemus de glīa eterne felicitatis.
De quo Gre. Si ſe hō ad obedientiā vincu
lis charitatꝫ aſtrinxiſſet ad celeſtē patriā ⁊ ad
angeloꝝ ſocietatē ſine morte carnis trāſiſſz. ſz
ꝑ pmoꝝ parentū noſtroꝝ exceſſum puati ſu/
mus. Idcirco eccl'ia deponit canticū glīe. ſ. al
leluia. qđ ab angelis in celo pmo eſt cantatū
Idcirco eccl'ia in anniuerſario totius huma
ne nature in officio miſſe incipit a cantico qđ
ꝓ mortuis ꝑ annū cātari ſolet. vicꝫ. Circūde
derūt me gemitus mortis ⁊c̄. C Tercio
hodie eccl'ia repn̄tat tempus exilij ⁊ pegrina/
tionis totius humani generis. qđ incepit ab
adā. ⁊ durat vſqꝫ in finē mūdi. omnes em̄ ſu/
mus in hac valle lacrimaꝝ qui debueramus
eſſe i padiſo ⁊ in celo. ⁊ ſumus ibi locati tanq̄
viatores tendētes ad patriā celeſtis vite. et h̄
ꝑ viam pnīe. In ſignū cuius cantatū eſt heri
in veſperis ſm aliquos ꝯpatus hymnus. Di/
es abſoluti pretereūt ⁊c̄. Et adhuc in ſignū il
lius etiā tres penitētes ↄtinuant hodie diui/
nū officiū. ſ. Dauid introitū. Paulus ep'lam
Mattheus euāgeliū. Propter h̄ etiā eccl'ia
ſancta vt dictū eſt hodie deponit oīa cantica
leticie. ⁊ legit collectā ꝓ pctis. ad deſignandū
ꝙ vana leticia eſt poſtponēda. ⁊ ſalubris tri/
ſticia aſſumēda. ſ. doloꝛ ꝓ peccatis. ideo etiaꝫ
ꝓhibet̄ ſolēnitas nuptiaꝝ vbi multe diſſolu/
tiones exercent̄. ⁊ hoc ea de cā vt hō facilꝰ in/
clinetur ad pniam. Ea etiā de cauſa pn̄s euā/
gelium ad legendū ordinat̄. quid em̄ magis
ad pniam allicit q̄ꝫ dei benignitas. teſte apo/
ſtolo ad Rom̄. ij. An ignoras q̄m benignitas
dei ad pniaꝫ te adducit. Modo hec benigni
tas manifeſte oſtenditur in pn̄ti euangelio.
vbi dn̄s non tm̄ vocat ad pniam que per vi/
neam ſignificat̄ vt ſup̄ audiuiſtis. ſed etiā in/
trare ↄpellit quaſi obiurgādo dicēs. q̄d ſtatꝭ
hic tota die ocioſi. Audiuiſtꝭ chariſſimi qua/

liter in pñti euãgelio innuit iudiciũ diuĩe mi
ſeratõis. qđ patet ex benigna vocatione. de q̃
dixi vbi. s. D Scđo innuit ꝓlagiũ diui
ne ſiue ſupne largitatis. qđ ꝓbat ex libali pre
miatõe. de q̃ ſubdit. Cũ ſero factũ eẽt. Per ſe
ro intellige mortẽ cuiuſlibet hoĩs vel ꝯſum/
matiõem mũdi q̃ erit ĩ futuro iudicio. Et dr̃
ſero. ꝑmo ideo. q: ſicut hoĩes tp̃e ſerotino ceſ/
ſant opari. ſic ⁊ ĩ morte ſiue ĩ iudicio. Joh. ix.
Oportet opari donec dies eſt. veniet nox q̃n
nemo opari põt. Scđo dr̃ ſero iõ. q: tunc va
dũt homĩes ad domũ. aues ad nidũ. vulpes
ad foueas ſuas. ſic in iudicio q̃libet vadit ad
hoſpitiũ ſuũ ſm̃ meritũ ſuũ. ꝛc̃ q̃ Athanaſi⁹.
Qui bona egerũt ibunt ĩ vitã eternã. q̃ vo ma
la in ignẽ eternũ. Tercio dr̃ ſero. q: tunc dat
merces opario. qui viſa mercede obliuiſcit la
boris ſui. ſic ⁊ electi cũ viderit mercedẽ eterne
retributõis. q: dicit Apoca. xxi. Abſterget de
us omnẽ lacrimã ab oculis eoꝝ: ⁊ mors vltra
nõ erit ꝛc̃. Sequit. dicit dñs vinee. i. deus pa
ter ꝓcuratori ſuo. i. filio ſuo qui noſtrã ꝓcura
uit ſalutẽ. Uoca operarios ⁊ redde illis mer/
cedẽ. q: dicit Leo papa. Nõ ociãtibꝫ nec tor/
pẽtibꝫ ſed laborãtibꝫ ꝓmittit p̃miũ. Uñ Gre
go. ĩ omel. Fr̃es chariſſimi mores v̄ros inſpi/
cite. ⁊ ſi iã dei oparij eſtis attẽdite. ꝑſẽet vnuſ
quiſq3 quid egit. ⁊ ꝯſideret ſi ĩ vinea dñi labo
ret: cũ ſolum dei oparij accipiẽt mercedẽ vite
eterne. De quo textus vbi. s. E Sed di.
tamẽ dicit mgr̃ in. ij. di. i. qꝫ ꝑncipalis cã crea
tionis creature rationalis eſt beatitudo cele/
ſtis quam dñs celeſtis poſſet homĩ dare gra
tis ⁊ ſine meritis. ſed quare aliter nõ vult niſi
vt opemur dicẽs. Uoca oparios ꝛc̃. ⁊ ſic vult
vt mercedeꝫ vite eterne labore mereamur. Et
hoc ꝓpter multa. Primo ꝓpter felicitat̃ ſub
limitatẽ ⁊ excellentiã. Si em̃ gratiſ darẽt tũc
nõ cũ tanta grãrũ actiõe poſſiderẽt. quãto em̃
plura fideles patiunt. tãto cũ maiori gaudio
⁊ grãrũ actiõe ſuſcipiunt liberatõꝫ. Qđ em̃ fa
ciliter dat etiã facile ponderat ⁊ minus repu/
tat. Scđo ꝓpter angeloꝝ dignitatẽ. q: de⁹ an
gel' gratis noluit dare beatitudinẽ: ſed ꝑ me/
ritis. multo magis homibꝫ. Sed q̃reres que
fuerũt merita angelorũ. Rñdet. s. Tho. ſup
ij. ſniaꝝ. Meritũ angeloꝝ bonoꝝ eſt duplex.
ſcꝫ reſiſtẽtia mali ⁊ adheſio boni ꝑ dilectõem
⁊ ſic meruerũt cõfirmari in eterna felicitate qꝫ
vltra cadere nõ pñt. Idcirco q̃ cũ angel' vult
poſſidere vitam eternã oportet vt opibus iu/
ſticie illud ꝓmereat. De quo Aug. Quilibet
hõ nõ poteſt ꝓmereri diuitias huius ſeculi

ſine labore. ⁊ ſi tu vis ſine laboribꝫ puenire ad
eterna gaudia: o hõ erras. idcirco laborare de
bes. q: dicit mgr̃ in. ij. diſt. i. Rationalis crea
tura ad hoc creata eſt vt deũ qui eſt ſummum
bonũ intelligeret. intelligendo amaret. aman
do bñ viueret. bñ viuendo poſſideret. poſſide
do eternaliter frueret. Et ſic laborare debemus
deũ ꝑ intellectũ cognoſcẽdo. per voluntatem
eum amando. ⁊ ꝑ memoriã ei eternaliter inhe
rendo. F Tercio ꝓpter honoris maio
ritatẽ. q: maior honor erit electis ꝓprijs meri
tis gl'iam acquiſiſſe q̃3 grat̃ accepiſſe. Unde
pueri poſt baptiſmũ decedẽtes ĩ minimo gra
erunt eo qꝫ de ꝓprijs nihil habẽt q̃3 qđ habet
merit̃ xp̄i. Propter qđ dr̃ Apoca. xiiij. Ope
em̃ illoꝝ ſequunt illos. ⁊ Matt. xvi. Reddet
vnicuiq3 ſm̃ opa ſua. Gre. Ad magna p̃mia
nõ pueniũt niſi ꝑ magnos labores. q: ſcribitur
Job. v. Hõ ad laborẽ naſcitur: ⁊ auis ad vo
latũ. Quarto ꝓpter dei iuſticiã ⁊ eq̃tatem
retributio vite eterne ẽ effectus iuſticie q̃
tur ꝑ ope iuſticie. iõ ad diuinã iuſticiã ꝑti
net vt ꝑus opa ꝑficiant. deinde datur p̃mi
Quinto ꝓpter xp̄i equalentiã. ſ. vt aſſimilemur
xp̄o q̃ laborauit. d' q̃ Iſa. xliij. Prebuiſti me
laborẽ ĩ iniq̃tatibꝫ tuis. pſ. lxxxvij. In laboribus
bus a iuuẽtute mea. Iõ Iſa. xliij. Reduc me
in memoriã ⁊ iudicemur ſimul. q. d. vtrum
aliq̃ ſilitudo mei et tui laboris. Si em̃ graue
tibi fuerit mane ſurgere ⁊ vigilare: cogita quo
xp̄s ꝑ te ſepi⁹ ꝑnoctauit ĩ orõne. ſi tibi diſpli
cuerit cibꝫ exilis: cogita quõ ꝑ te cibat' ſit
ĩ cruce. pſ. lxviij. Dederũt in eſcã meã fel. Si
tibi ſit graue dure iacere. cogita lectũ crucis
quõ expãſus fuit. vbi etiã quo caput ſuũ re
clinaret nõ habuit. Mat. viij. Uulpes foue
as hñt ⁊ volucres celi nidos: fili⁹ aũt hominis
nõ hꝫ vbi caput ſuũ reclinet. Dicit em̃ Ma
x. Nõ ẽ diſcipulus ſup mgr̃m nec ſeru⁹ ſuper
dñm. Si tibi ſit grauis fatigatio laboris ca
pitis. pedũ ⁊ manuũ. cogita capitis ſui coro
natõem. manuũ ⁊ pedũ ꝑforatõem. ⁊ eris in
eiſdẽ dolorẽ. Ber. Totũ tibi ſuaue erit q̃dq̃
agis vel pateris ſi actiões ⁊ paſſiones chriſti
collegeris. Idẽ Ideo xp̄s manus ſuas oſtẽdit
poſt reſurrectõem improperãdo ſinõ fecimus
q̃ ipſe fecit. Dicit em̃ Judicũ. ix. Qđ me vidi
ſtis facere cito facite. De q̃ Phil. ij. Hoc ſen
tite ĩ vobis qđ ⁊ in chriſto ieſu. Et. i. Joh. ij.
Qui dicit ſe ĩ xp̄o manere dꝫ ſicut ⁊ ille ambula
uit ⁊ ipſe ambulare. G Sexto ꝓpter o/
cioſitat̃ maliciã. Ecci. xxxiij. Multã maliciã
docuit ocioſitas. Nã quẽ diabol⁹ ocioſum in

enit hũc i ope ſuo ponit. put figurat̃ Exo. v.
pharao vidẽs filios iſrl̃ ocioſos: impoſuit eis
ius paleas colligere ad elaborandũ lateres
õ Hiero. Sp aliqd boni opis facito: ne te
iabolus inueniat ocioſum. Nã dicit Bern̄.
ociũ ẽ ſentina vicioꝝ. vt pꝫ i Salomone et
yna. Lu. xi. ꝛ Mat. xij. Diabol⁹ inuenit do
ũ vacantẽ: aſſumpſit. vij. ſpũs neqores ſe ꝛ
abitauit i ea. Jõ dicit Hiero. Quãtum au
s ſibi de ocio tm̃ de loco. Jõ Eccl. xiiij. Añ
itũ opare iuſticiã qm̃ nõ ẽ apud inferos in
nire cibũ. Et Eccl's. ix. Qdcunqꝫ põt face
man⁹ tua inſtanter opare. qꝛ nec op⁹ nec rõ
c ſapia nec ſcia erit apud inferos q̃ tu ppe
. Jdo de ocioſis dicit pſ. lxxij. Jn laboribꝫ
im nõ ſunt: ꝛ cũ hoibꝫ nõ flagellabunt̃. ſꝫ
demonibꝫ. pſ. xlviij. Laborabit ineternũ: ꝛ
iet adhuc in finẽ. Nã ficulnea infructuoſa
Mar. xxi. fuit maledicta. ꝛ Matt. xv. Ser
inutilem eijcite in tenebras exteriores. Et
Mat. vij. Oĩs arbor q̃ nõ facit fructũ bonũ
idet̃ ꝛ in ignẽ mittet̃. ꝛ iõ Aug. dicit Audi
eſides ꝛ negligẽtes: qui ſpatis in h̄ ſaluari
rpiani appellari. nõ ꝟba ſed opa ſaluant
iem. pſ. cxxvij. Labores manuũ tuarũ qꝛ
anducab ꝛc. H Septimo pp̄ter mer
dis magnificẽtiã. De quo Aug. Si te ter
at labor reſpice mercedẽ. Greg. Cõſideratõ
nij minuit vim flagelli. Chriſ. Si tempe
as naut̃. ſi vulnera militibꝫ. ſi frigora agri
ltoribꝫ pp̄ter tpale premiũ leuia ſunt quã
magis pp̄ter pmiũ eternũ. Gre. Si conſi
eremus q̃ pmittunt̃ i celis vileſcũt omnia q̃
nt in terꝛ. Jdcirco dicit. Uoca operarios. et
dde illis mercedem. Seqt̃ur. incipiẽs a no
iſſimis vſqꝫ ad pmos. i. omnibꝫ redde mer
dẽ tã his qui nouiſſime laborauerũt qꝫ illis
ui pmo mane vineã pn̄ie ſue ſpũalis vite in
reſſi ſunt. Subdit. Cum veniſſent ergo. i. p
cipienda mercede qui circa horã vndecimã
enerãt. i. circa finẽ vite ſue. acceperunt ſingu
os denarios. i. vite eterne retributiõem. J
Que ſignificat̃ p denariũ. Primo pp̄ter boni
tis ꝯparatõez. nã denarijs põt hõ ſibi ꝯpare
cũqꝫ vite ſue ſunt neceſſaria. Propter qd di
t phs in ethic. Nũmiſmata ſunt inuẽta cõ
unicatõis grã. nã nũmis ꝯpant̃ oĩa. Eccl's
. Pecunie obediunt oĩa. ſic ꝛ i deo oĩa habe
ius vt dicit Aug⁹. Qui deũ hꝫ oĩa habet. et
Thob. x. Oĩa in te vno habẽtes. Bern̄. O ci
itas celeſtis ꝯtinens totũ qd delectat. Dicit
iãqꝫ Aug. Jn eterna vita ẽ poſſeſſio oĩm bo
noꝝ. excluſio oĩm maloꝝ. ibi implebitur illd
pſ. cij. Replet in bonis deſideriũ tuũ. Jdo di
cit ibidẽ Oroſius. Replebit oẽs ſenſus inte
riores ꝛ exteriores celeſtibꝫ delicijs Primo re
plebit viſum. Bern̄. Plenũ erit omni dulce
dine videre hoiem ꝛ homis ꝯditorẽ. Auditũ
celeſtibꝫ melodijs. Apocal̃. xiiij. Uocẽ quam
audiui ſicut citharedoꝝ citharizantiũ in ci
tharis ſuis. ꝛ cantabãt quaſi canticũ nouum
Et c. iiij. Requiẽ nõ habebãt die ac nocte di
centia. Sãctus ſctũs ſanct⁹ dñs deus oĩpo
tẽs ꝛc. Ideo Thob. xiij. Per vicos eius alle
luia cantabit̃. Guſtũ ſuauitate fruitõis di
uinitatis ꝛ humanitatis. Sic etiã tactum et
olfactũ. De quo Cantic. iiij. Odor vngento
rum tuoꝝ ſup omnia aromata. Jtẽ oẽs vi
res aĩe. qꝛ ratio replebit̃ lumine. voluntas di
lectione. memoria fruitione. K Secun
do compat̃ denario pp̄ter ſubtilitatis ſupſcri
ptionẽ. vel pp̄ter decoris ſpecioſitatẽ. qꝛ vita
eterna eſt ſubtilis in cognitiõe oĩm reꝝ. Gre
go. Quid eſt quod nõ videant qui te videntẽ
omnia vident̃. Hiere. xxxi. Nõ docebit vir vl
tra pximũ ſuum ꝛ vir fratrẽ ſuũ dicẽs. agno
ſce dñm. omnes eñ cognoſcẽt me a minimo vſ
qꝫ ad maximũ. Ideo dicit Bern̄. Ibi magi
ſtruꝫ ſemel vidiſſe eſt oĩa didiciſſe. Uel dicit̃
ſubtilis quo ad decorẽ. ſic ꝛ vita eterna. ibi eñ
erit pulcritudo ſempiterna ſine oĩmi deformi
tate. ſanitas ſine oĩ infirmitate. vita ſine mor
te. gaudiũ ſine triſticia. ibi pulcritudinẽ oẽs
a fonte pulcritudinis accipient. Nã ſeptẽ do
tes accipiẽt. quattuor corpis ꝛ tres anime: ibi
ſicut ſol fulgebũt ꝛ auro rutilantiores erunt.
Tercio compatur vita eterna denario in cir
culari transfiguratione. que ſignificat eterni
tatẽ que nõ habet finẽ. Eccli. xviij. Merces
dñi manet ineternũ Et pſ. lxxxiij. Beati qui
habitãt in domo tua dñe ꝛc. Et iterũ pſ. cxl
iiij. Regnũ eius regnũ oĩm ſeculoꝝ Et Dañ.
iij. Regnũ eius regnũ ſempiternũ. Ideo Iſa.
li. Leticia ſempiterna ſup capita ipoꝝ. Quar
to pp̄ter imaginis regis retentionẽ. ſic et vita
eterna retinet imaginẽ dei. Joh. xvij. Hec eſt
vita eterna vt cognoſcant te ſolũ veꝝ deum. ꝛ
quẽ miſiſti ihm chriſtũ. ij. ad Chorinth. iij.
Nos reuelata facie gloriã dñi ſpeculantes in
eandẽ imaginẽ trãſformamur a claritate i cla
ritatẽ. N Iſte denarius ꝛ vita eterna e
rit equalis nobis omnibꝫ ꝛ etiã inequal̃. Pri
mo equalis quo ad durationẽ. De quo dicit
Auguſt. ꝛ magiſter in quarto diſt. xlix. Una
eternitas concludit omnes electos. quia nul
lus altero diutius viuet. ſed ſimul in eternũ.

Sap̃. v. Juſti imppetuũ viuent. Secundo
erit equalis quo ad obiectionẽ. quia deus eſt
obiectũ anime. humanitas xͦo obiectũ corpo
ris. De quo dicit yſa. xxxiij. Regem in deco/
re ſuo videbit. Et hec erit merces Geneſ. xv.
Noli timere. ego ero merces tua magna ni/
mis. Aug. Hec eſt plena beatitudo videre il
lum qui te fecit. ſaluauit ⁊ glorificauit. videb
cognoſcẽdo. amabis fruendo. laudab eterna
liter poſſidendo. Tercio erit equalis quo ad
appetitus ſatietatẽ. De quo ꝓpheta pſ. xvi.
Satiabor cuꝫ apparuerit glĩa tua. Dicit nã
q̃ꝫ magiſter ĩ quarto. di. xlix. Beatũ eſſe ẽ om
nia habere que homo vult. Et in hoc ẽ vnus
magis beatus q̃ꝫ alter. quia q̃libet de h̃ ſum/
mo bono fruit ad plenam ſufficientiã. ⁊ vltra
nihil appetit nec appetere poteſt. Et ſic erit
equalis quo ad ſaturationẽ. Quia dicit Boe
tius. iij. de ꝯſolatu. Beatitudo eſt ſtatus om
niũ bonorum aggregatione ꝑfectus. Quar/
to erit equalis quo ad reꝝ vniuerſitatẽ de qui
bus gaudebunt. Naꝫ de his rebus maiores
⁊ minores gaudebunt. ſcꝫ de clariſſima viſio/
ne diuinitatis ⁊ humanitatis. ⁊ de delectabi/
li ſocietate angeloꝝ ⁊ beatoꝝ. ⁊ de euaſiõe om
niũ periculoꝝ huius mundi. ⁊ de eterna dam
natione. De potẽtia patris in qua erũt potẽ/
tes. De ſapientia filij in qua lucebunt ſapien
tes. De bonitate ſpiritusſancti. in qua affluẽt
dulcedine diuine fruitionis. Jta ꝙ etiã poſſꝫ
oriri murmur admirationis de bonitate ⁊ lar
gitate dulcedinis dei. ꝙ ſcꝫ ꝑ paruis meritꝭ in
eſtimabilia bona tribuit De quo dicit textus
Primi autẽ arbitrati ſunt ꝙ eſſent plus acce/
pturi. acceperunt autem ⁊ ipſi ſingulos dena
rios. id eſt vite eterne retributionẽ. M
Subdit. Et accipientes murmurabant ad/
uerſus patremfamilias: dicentes. Hi nouiſ/
ſimi vna hora fecerunt. id eſt laborauerunt.
et pares nobis illos feciſti. ſcꝫ in premio. qui
portauimus pondus diei id eſt ſuſtinuimus
ponderoſum laborẽ totius vite in operibꝫ iu/
ſticie. ⁊ eſtus id eſt concupiſcẽtie vel tempta/
tionũ. Ubi nota. duplicēꝫ hi vident cauſam
murmurationis habere. videlicet ꝙ in remu
neratione erant vltimi: cum tamen fuiſſent ꝓ
ores in opere. ⁊ ꝙ equale premiũ nõ eque labo
rantibus erat datum. Sed omiſſa ꝑma cau/
ſa ſolum murmurant ꝓpter ſecundam dicen
tes. hi nouiſſimi ⁊c̃. Et iſta poſſet eſſe vox eo/
rum qui a puericia vſqꝫ in ſenectutẽ deo ſerui
erunt. id eſt ad finem vite. ⁊ ſuſtinuerunt põ
dus laboris diei. i. pñie. ⁊ eſtus. i. tẽptationuꝫ

ſi nõ plus pmij ꝯſequunt q̃ꝫ hi q̃ in ſenectute
deficiẽte calore etatis inceperũt. Sic etiã ꝯ
queri poſſent antiqui pr̃es. vicꝫ Noe abrah
Jſaac ⁊ iacob: ſi nõ reciperẽt plus pmij q̃ꝫ ho
mines pñtꝭ tp̃is. ipſi em̃ ſuſtinuerũt magnos
labores ⁊ eſtus temptationũ. nũc xͦo mũdus
q̃ſi antiquus ẽ ⁊ deficiunt delectamẽta ipſius
⁊ ideo pñti tp̃e nõ vritur tãtis eſtibꝫ. Et licet
ita ſit: nõ tñ habent iuſtam cãm murmuran
di: vt ſtatim infra dicet. N Sed dico
res. quõ ſancti dicunt murmurare cum dicit
Gre. Neo murmurãs regnũ dei accipit. Ad
h̃ reſpondet ꝑmo Chuſ. ꝙ nõ oportet ea que
in parabolis dicunt ſm totũ quod dicit inue
ſtigare. ſed intentionẽ ꝓpter quã poſita eſt in
telligere. Unñ iſta ſimilitudo murmurationis
eſt trãſferenda ad eos qui beati ſunt nec intel
ligunt murmurare ex inuidia. ſed vt oſtẽdat
⁊ intelligat hos tanto potitos eſſe hono ꝙ
inuidia exinde alijs generari poſſet ſi poſſi
le eſſet. Secũdo reſpondet Gre. ꝙ antiqui pa
tres licet fuerũt magni meriti. tamẽ mortui
ꝯducti ad regnũ nõ ſunt: ſed expectauerũt
q̃ꝫ ad xp̃m. ⁊ hoc eſt eis murmuraſſe. Nã di
latio talis que occaſio quodãmodo mur
rationis eſſe potuit. que ⁊ nobis tanq̃
ſimus ꝑ xp̃m ablata eſt ꝓ ipſa murmuratione
reputat. Nũc xͦo qui fideliter laborãt i vinea
dñi mox vt exeũt a corpe ducunt ad regnũ
⁊ inde eis occaſio q̃dammodo murmuratio
ta videret niſi ex ſumma ꝑfectõe fraterne ca
ritatis in deũ ordinate que quis de bono al
rius tanq̃ꝫ d̃ ſuo gaudet tolleret. Tercio poſſꝫ
dici ꝙ duplex ẽ murmur. ſ. ꝯqueſtionis ⁊ ad
miratõis. vñ beati nõ murmurãt ꝯquerẽdo:
ſed admirãdo murmurare dicunt. Poſſꝫ eti/
am q̃rto dici ꝙ illa murmuratio intelligẽda ẽ
ꝑ ſinodochen. d̃ ꝑmis em̃ accipiẽtibꝫ dẽarios nõ
oẽs murmuraſſe intelligendũ ẽ. colligit em̃ ꝑ
illud qd̃ ſequit. Amice nõ facio tibi iniuriã.
Põt etiã illud accipi de malis q̃ in ꝑncipio q̃
dẽ boni fuerũt. ſed nõ ſic vſqꝫ ad finẽ ꝑſtiterũt
tales em̃ ꝑmo ꝓuati murmurãt. ſed nõ illi q̃
denariũ acceperũt. tales em̃ nõ murmurant
q̃ꝫ murmurare dicũt. Si tñ aliquis putaret
ibi eſſe murmur attẽdat quõ murmur tolle
tur ꝯueniẽtibꝫ rñſionibꝫ. O Sed dice
res. vñ ꝓuenit ꝙ deus nouiſſimos eq̃les facit
ꝑmis. Rñdet ꝑmo ex abſoluta dei auctoritate
quaꝫ nemo audet arguere neqꝫ põt. q̃ꝛ nemo
maior deo Heſter. xiij. Jn ditione tua cũcta
ſunt poſita. Et tangit cũ ſubdit. Ait aũt pr̃/
familias rñdens vni illoꝝ. ei. ſ. qui forte ma

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

is ſe ingerebat: dixit. Amice nō facio tibi in
iuriā. q. d. ideo aduerſum me murmurare nō
debes. Glo. Nō facit iniuriā alteri qui dat ei
q̄d pmiſerat. ſic ꝑ pr̄familias in pn̄ti. Un̄ di
t. Nōne ex denario diurno ꝯueniſti mecū. ꝑ
ideo nō teneor tibi plus dare. tolle q̄d tuū ē ꝑ
ade. ſ. ꝯtent9. qꝫ recepiſti mercedē tuā. volo
it huic nouiſſimo dare ſicut ꝑ tibi. Un̄ ſicut
la voluntas dei eſt cauſa in pductione rerū
etiā i remuneratiōe. ꝑ ſic nō pōt locū habe
murmuratio Scd̄o puenit ex ſapientie dei
undītate quā nemo arguere pōt. Un̄ Gre
. Deus i pu͞idētia ſua nō fallit. ipſe em̄ ſcit
te remunerare electos. ꝑ n̄ errat coequādo
uiſſimos p̄mis. De q̄ ad Ro. xi. O altitu
diuitiaꝝ ſapie ꝑ ſciētie dei. qꝫ incomp̄henſi
ia ſunt iudicia eius ꝛc. Quis em̄ vult ſe in
mittere de pfunditate ſapientie eius. Job
Excelſior celo quid facies. pfūdior iferno
i cognoſces. Iſa. xl. Nec ē inueſtigatio ſa
ie ei9. Et tangit ibi vbi dr̄ Tolle quod tu
ē. ipſe em̄ ſcit q̄ntuꝫ quiſqꝫ meruit. Tercio
nit ex bn̄placita eius volūtate. Mat. xi.
pr̄ qm̄ ſic placitū fuit ante te. ꝑ tangit ibi
non licet mihi facere q̄d volo. q. di. vtiqꝫ.
ſter. xiij. Nō eſt qui poſſit reſiſtere tue vo
ti. Iſa. xlvi. Ego ſum deus. ꝑ nō eſt vltra
deus. nec eſt qui ſimilis ſit mei. ꝯſiliū meū
bit. ꝑ oīs voluntas mea fiet. ſ. in remunerā
P Quarto puenit ex inexplicabili
bonitate que ſe largiter effundit ſup omnē
turā. ꝑ maxime ſup electos ſine omni me
. Et tāgit ibi. Si oculus tu9 nequā eſt qꝫ
bonus ſum. q. d. Si hec murmuratio ex
idia pcederet vicioſa eſſet. Gre. Nequaꝫ
t in lr̄a nō ppter culpā ſed ppter ꝯſidera
s inequalitatē. qꝫ omis noſtra iuſticia ex
deratiōe diuine iuſticie nullius eſt meriti
is remuneratio q̄ntūlibet iuſti nō ex me
ꝯdigni ſed de ꝯgruo ex infinitate ſue mi
e pcedit. Et h̄ eſt q̄d dr̄. qꝫ ego bon9. i. illa
uneratio ex mea volūtate et bonitate pce
De q̄ Aug. ſup Joh̄. Deus cū immorta
tē tribuit dona ſua coronat: nō merita no
. q̄re ex rōne ꝯ ipm murmurare nō poſſu
s. Dicit nāqꝫ Iſid. li. i. de ſummo bo. Ois
icia btōꝝ reſpectu iuſticie dei iniuſticia vi
Et Job. xv. Quid ē hō ꝙ immaculat9 ſit
iuſtus appareat natus de muliere. Jō di
lr̄a. Si oculus tu9 nequā fuerit ego bon9
. Job. iiij. Nūquid hō dei compatōe iu
ficabit. ſcribit em̄ Job. xv. Celi nō ſūt mū
in ꝯſpectu eius. ꝑ Mar. x. Nemo bon9 niſi

vn9 deus. Subdit. Sic erūt nouiſſimi p̄mi:
ꝑ p̄mi nouiſſimi. Chriſ. Hoc addit vt eos au
ditores faceret q̄ i vltima ſenectute ꝯuertunt:
ne exiſtimarēt ſe minus habituros. oēs em̄ ce
leſtis regni mercedē accipiēt. i. abundantē re
muneratōem qui i vinea ſpūalis vite inuenti
fuerint. nā ꝑ tantā remuneratōeꝫ habebūt ꝙ
dicit Aug. Maius ē ſctōꝝ pmiū qꝫ eoꝝ deſi
deriū. Aug. Fide nō capit. ſpe nō attingit cha
ritate nō apphendit. deſideria trāſgredit. acq̄
ri pōt. eſtimari nō pōt. Jō Chriſ. Nihil bo
ni q̄ntūcunqꝫ exiguū fuerit deſpiciet apud iu
ſtū iudicē. ꝑ Matt. x. Quicūqꝫ potū dederit
vni ex minimis iſtis calicē aq̄ frigide non pdet
mercedē ſuā. Ecce q̄nta largitas remunerati
onis. Et h̄ valde dꝫ inducere ꝑ trahere hoīeꝫ
ad laborē. Q Ubi nota q̄uis ita ſit ꝙ p
miū erit equale p̄moꝝ ꝑ nouiſſimoꝝ vt ſupra
audiſtis. erit tn̄ inequale quo ad capacitatē ꝑ
fulgorē. vn̄ q̄ꝫto magis capaciores hoīes hic
i terris fuerūt diuine grē. tāto erūt i futuro ca
paciores diuine glie. In ſili. ſic duo vaſa ple
na vnū mai9 aliud min9 ambo ſūt plena. vnū
tn̄ magis ꝯtinet reliq̄. ſic ꝑ in electi erit. Item
q̄nto q̄s magis hic in charitate dei arſerit. tā
to ibi clarior erit. De q̄ Aug. Quāto ardenti
us diligimus tāto ſereni9 videbim9. i. Cho.
xv. Alia ē claritas ſolis. alia lune ꝑ alia ſtella
rū. ſtella em̄ a ſtella differt in claritate. ſic ꝑ re
ſurrectio mortuoꝝ. Ecce in his verbis mani
feſte meritoꝝ diuerſitateꝫ exp̄mit. Un̄ multi
ſunt ſtulti hoīes qui ex ꝯſolatione verboꝝ ſal
uatoris accipiūt excuſatōꝫ i dei ſeruitio. ꝑ vo
lunt expectare vſqꝫ ad ſeniuꝫ ex eo ꝙ ſaluator
pmittit eis dare equalē mercedē cum p̄mis. ꝑ
ſic h̄ q̄d dr̄ eis ad ꝯſolationē h̄ ipſi accipiunt
nōnūqꝫ ad eterne damnatōis occaſionē. nul
li em̄ dubiū q̄n dyabolus ill' hoc ſuggerat. ꝑ p
h̄ i maximo piculo eos ponit. et quaſi cathēa
ꝑ funiculo indiſſolubili ꝯſtringit. cū dicitur
Eccl'ſ. ix. Neſcit hō finē ſuū. R Et pro
pter h̄ ipſe ſaluator ꝯcludendo pabolā ꝑ pn̄tē
euangelij hyſtoriā addit aliquid terribile di
cēs. Multi ſunt vocati. pauci ṽo electi. Un̄
Iſi. li. ij. de ſum. bo. Multi recipiunt fidē ſed
ope diſſentiunt. et ad Titū. i. Confitentur ſe
noſſe deū. factis aūt negant. Et ſic multi ſunt
vocati ad fidē. pauci ṽo electi ad eternā glori
am. Itē multi ſunt qui peccāt. pauci ṽo q̄ pe
nitētiā agūt Hiere. viij. Nullus eſt qui agat
pniam ſup pctō ſuo. Ambro. Facilius inueni
qui ſuauit innocētiā qꝫ verā egerit penitēti
am. Et figurat hoc i plib9 locis ſacre ſcriptu

re. Primo Geñ.vij. Totus mōs.i.homies i mūdo pierunt tpe diluuij. ⁊ tm̄ octo homies a tāta multitudine i archa noe fuerūt conſer uati. Sic Geñ.xix. quinqꝫ ciuitates pierunt ⁊ tm̄ quattuoꝛ hoies fuerunt ſaluati.ſ. Loth cū vxoꝛe ⁊ filiabꝫ. nec tm̄ ⁊ hi q̄ttuoꝛ finaliter ſaluabant. qꝛ vxoꝛ Loth ꝓpter inobedientiaꝫ verſa ē i ſtatuā ſalis. vt pꝫ ibidē. Itē ſexcenta tria milia viroꝝ q̄ngenti ⁊ q̄draginta exierūt terrā egipti Nu.i. ⁊ tm̄ duo.ſ. Joſue ⁊ caleph venerūt in terrā ꝓmiſſiōis. vt Nu.xxvij. et h̄ ꝓpter rebellionē Et ſic maxima ps nō obedit pceptis dei. Sic iteꝝ legit Exo.xxxij. Cū filij iſrl̄ fecerūt ſculptile ⁊ adoraſſent illud Moy ſes deſcendēs de mōte vindicare ſcel⁹ dixit ad duodecim tribꝫ iſrl̄. Si quis eſt dñi iūgatur mihi. Cōgregatiqꝫ ſunt ad eū oēs filij leui. et ſic ex duodecim tribubꝫ tm̄ vna acceſſit. Sic etiā legit Heſter.ij. Multe virgines acceſſe runt ad Aſueꝝ. ſed ſolū Heſter ē electa. Gre. Unuſquiſqꝫ pēſare dꝫ vt de ſe non pſumat eo q̄ ad fidē vocatus ē. qꝛ vtꝝ electus ſit ad eter nā gloꝛiā ignoꝛat. Matth.vij. Lata poꝛta ⁊ ſpacioſa via ē q̄ ducit ad pditionē: ⁊ multi ſūt q̄ intrāt p eā. qꝫ anguſta poꝛta ⁊ arta eſt q̄ du cit ad vitā. ⁊ pauci ſunt qui inueniunt eam. Et paulo poſt ait ibidē. Nō oīs qui dicit mi hi dñe dñe intrabit in regnū celoꝝ. ſed qui fa cit voluntatē patris mei qui in celis ē ipſe in trabit in regnū celoꝝ. Imploꝛemus ḡ et nos gratiā dei vt ſimus de numero illoꝝ. quod no bis preſtare dignetur ⁊c.

De eadem dñica. Sermo.li.

# Uoca operari

os ⁊ redde illis mercedē: incipi ens a nouiſſimis vſqꝫ ad pmos Mat.xx. S In ſumma verboꝝ duo tā gunt. Primo hoꝛtat nos ad laboꝛē. ibi. voca opārios. Scđo ſubiūgit laboꝛis rōeꝫ. ibi. red de illis mercedē. Stulti eīm ſunt q̄ p tali mer cede laboꝛare nolūt: ſed illud p ociū negligūt. De pmo dicit. voca opārios. Uñ quinqꝫ ſūt que nos inducūt ⁊ hoꝛtant ad laboꝛem. Pri mū eſt naturalis ꝓprietas Job.v. Hō ad la boꝛē naſcitur ⁊ auis ad volatū. Idcirco ocio ſus ꝯtra naturalē ꝓprietatē facit. nec dignus eſt pane quo veſcit.ij. Theſ.iij. Si quis nō vult opari nec mādncet. Et ſic nec manduca bis cibū regni celoꝝ i ocio. Eccl.xiiij. Añ obi tū tuū opare iuſticiā. qꝛ nō ē apud inferos in uenire cibū. Et pꝫ h̄ de diuite epulone Luce xvi. ꝓpter qđ dicit Eccs.ix. Qđcūqꝫ poteſt facere man⁹ tua inſtanter opare. qꝛ nec opus nec ſapia nec ſcia ē apud inferos q̄ tu ꝓperas. Sed hic ē loc⁹ laboꝛis ⁊ nō alibi. Jō Lu.xij. Seru⁹ q̄ cognouit voluntatē dñi ⁊ nō fecit ſcḋm voluntatē ei⁹ plagꝭ vapulabit multis. Et Lu.xiij. figurat hoc i ficulnea q̄ non fecit fru ctū quā pr̄familias fecit ſuccidi ꝙ terrā graꝫ nō occuparet. ⁊ Mat.vij. Oīs arboꝛ que nō facit fructū excidet ⁊ in ignē mittet. ⁊ Mat. xxv. Seruū inutilē eijcite in tenebras exte rioꝛes. illic erit fletus ⁊ ſtridoꝛ dentiū. T Scđo hoꝛtat nos ad laboꝛem tpis breuitas Job.xiiij. Breues dies homis ſunt. Quo eīm tps pn̄tis vite q̄ſi nihil ē. pš. Tanq̄ dies heſterna q̄ preterijt. ⁊ cuſtodia i nocte q̄ p̄ pro nihilo habent eoꝝ anni erunt. Job.vij. Nihil ſunt dies mei. Jaco.iiij. Que eſt eīm vita vapoꝛ ad modicū parēs. ⁊ deinceps exter minabit. Puer.xxvij. Ne glorieris in craſtinum ignorās q̄d ſuperuētura pariat dies. Si ḡ h̄ bene conſideraueris nūc nihil graue erit tibi quod agere debueris. qꝛ totū in moꝛte finit. ⁊ mors cito appropinq̄t. Et h̄ eſt qđ dr̄ Eccli.xiiij. Mēoꝛ eſto q̄m mors nō tardat. Bern. Nihil in rebꝫ humanis moꝛte certi⁹. q̄d incertius hora moꝛtis. Et Gre.ſup Ezech. Conditor noſter diē moꝛtis incognitā eſſe voluit: vt dū ignorat ſp ꝓxima eſſe credat. Et tāto q̄s feruentior ſit in opatōe q̄nto incertioꝛ in euocatōe. Conſi dera ergo quō i moꝛte iacebis. Quid pdeſſet ſi habuiſſes fortitudinē ſamſonis. pulchritu dinē Abſalonis. prudentiā Salomonis. po tentiā Octauiani. diuitias Creſi. longeuitatē Enoch ⁊ helie. Ex his oībus nihil tibi ferres ni ſi tm̄ bona ⁊ mala q̄ feciſti. Apoc.xiiij. Opa enī illoꝝ ſequunt illos. Aug⁹. Adā ſi adhuc viueret ⁊ hodie moꝛeret quid illi longitudo vi te pfuiſſꝫ niſi opa fuiſſent eū ſecuta. ij. ad Coꝛin.v. Unuſquiſqꝫ referet ꝓpa coꝛpis put geſ ſit ſiue bonū ſiue malū. Idcirco Gal.vi. Dū tps habemus opemur bonū. nā que ſemi nauerit hec ⁊ metet. ⁊ cū tēpus breue i mpleb̄it i nob̄ illud Eccl.vl. Modicū laboraui et iueni mihi multā requiē. U Tercio hoꝛ tat nos ad laboꝛē xp̄i exemplaritas. Iſa.xliij. Prebuiſti mihi laboꝛē i iniq̄tatibꝫ tuis. q.d. Iniq̄tatibꝫ tuis coegiſti me deſcēdere p incar nationē ⁊ aſſumere coꝛp⁹ humanū i quo labo rare potui. pš.lxxxvij. In laboꝛibus a iuuen tute mea. Idcirco y̌ſa. vbi ſup dicit. Reduc me in memoꝛiā. ſ. quomō laboraueriꝫ. ideo ⁊ tu laboꝛa. Joh.xiij. Exeplū dedi vobis quē